

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1610

Autre(s) référence(s) : Fauroux 165

Auteur(s) : Abelin [particulier]

Bénéficiaire(s) : Tours, Saint-Martin de Marmoutier (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1063-1065]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard atteste l'acte par lequel un certain Abelin concède à Marmoutier les biens suivants : ses maisons au Mans, sises sur la terre d'Yves le Vieux de Bellême, avec leur cour (curia) entre le saule, l'orme et la porte d'Hamelin, libres de cens et de coutumes ; une maison sur la terre du vicomte Raoul, exempte de coutume, mais chargée d'un cens de six deniers à verser le 13 décembre qu'il avait achetée du comte Herbert surnommé Bacon ; un verger sis sur la terre de l'archevêque Gervais, chargé d'un cens de quatre deniers à verser à la Saint-Jean ; un autre verger sis sur la terre des chanoines de Saint-Pierre [de la Cour] chargé d'un cens de deux deniers à verser au 22 février ; trois arpents de vigne sur une terre nommée Plantas, chargés d'un cens de deux sous à verser au 22 février et d'une dîme (les titres d'acquisition de ces biens se trouvent, dit l'acte, au chartrier de Marmoutier) ; d'autres vignes, sises de l'autre côté de la ville, sur le Mont Baugé, chargées d'un cens et d'une dîme (les titres d'acquisition se trouvent également au chartrier) ; deux arpents de vigne exempts de cens, dîme et bouteillage.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°165, p. 355-357.

Dissertation critique

Cet acte tout entier consacré au Mans ne peut avoir été délivré qu'après 1063, date de la conquête du Maine par Guillaume le Bâtard ; épiscopat de Vulgrinus, évêque du Mans, 1055-1065 (FAUROUX, p. 356).

Texte établi d'après a

Quando quidem fugax præteritorum memoria rerum nullo modo tenetur melius quam litterarum apicibus, optimum fore duxi ego Abelinus, ad nostrorum prudentiam successorum corroborandam, omnia quæcumque beatissimo Martino Majoris Monasterii, jubente Deo sibi quæ illic famulantibus monachis, ex meo jure, pro redemptio animæ meæ et parentum meorum ac filii mei Ansegisi, libere contuli inserere litteris, domos scilicet meas in civitate Cynomannis quasdam, quæ fuerunt patris mei Gauscelini, sitas in terra Ivonis Veterani de Belismo, quas sicuti sunt hodie, faventibus filiis illius, Guillelmo, Avesgaudo præsule atque Ivone, cum curia quoque quæ sita est a salice usque ad ulmum et ab ulmo usque ad portam Hamelini, pater meus, absque censu, sine ulla consuetudine et absque calumnia in omni sua nobiliter, sicut et ego post eum tenui vita ; itemque has propter, domum aliam valde congruam, in terra vicecomitis Rodulfi sitam, cunctis ex consuetudinibus quietam sed censum sex denariorum

in exceptione beatorum Gervasii et Protasii martyrum Idus Decembris solummodo reddentem, quæ Herberti Francisci fuit, quam a Herberto comite cognomento Bacone emi, et postmodum, veluti mihi placuit, totam triplicem cum cellario valde bono et solario necnon et camera pro posse condidi ; iterum hanc ante domum viridarium quoddam in terra Gervasii archipræsulis situm ab omni impedimento, quod emi ex Harduino Achardi filio, quietum, excepto quatuor, in festivitate Sancti Johannis Baptistæ, censu denariorum ; denique aliud viridarium magnum et pulcherrimum, in terra canonicorum Sancti Petri situm, omni ex consuetudine liberum præter duorum denariorum, in ipsius sancti solemnitate scilicet cathedræ, censum quod ex me Rannulfus tenebat canonicus in fevum. Post hæc tres vinearum arpennos, in hujus sancti terra, quas cuncti vocant Plantas, ex omni consuetudine liberam sed tamen censum scilicet duos solidos, in ipsius sancti festivitate hoc est cathedræ, solventes, et decimam omni cum misericordia anno. Et si quis voluerit scire cur habuerim et quomodo, alias reperiet literas ex hoc in beatissimi Martini, si bene vult, armario. Ad hoc, ex altera parte civitatis, in monte Balgeio, in terra Isahac Divitis, quæ nunc est Herberti illius nepotis, beatissimo Martino alias dedi vineas valde preciosas, præter censum et decimam omnium consuetudinum liberrimas. Quod si aliquis quomodo meæ fuerint vel quomodo sint scire exoptat, aliud scriptum in armario sancti requirat. Iterumque, has inter vineas, beatissimo ipsi duos vinearum arpennos modo simili tribui, fevum scilicet Guidonis vicarii, quas eo die quo illi in fevum dedi, ita ut meam domum in dominio meo extra censum et decimam butagiumque comitis possidebam. Omnium harum testes rerum, Guillelmus dux Normannorum, quin etiam sublimis nobilitas Cynomannorum ex quibus nonnullos subter scribere providimus utilimum fore et in futurum prodesse Wlgrinus episcopus, Rotbertus decanus, Tescelinus archidiaconus, Ingelbertus cantor, Ernaldus grammaticus, Herbertus de Seumuro, Fulcodius scriba, Rannulfus canonicus, Johannes filius Alberti, Gervasius filius Alberici, Rodulfus vicecomes, Hubertus filius ejus, Rotbertus de Castroht (sic), Gervasius filius ejus, Rainaldus de Susa, Fulco de Bozeria, Rodulfus de Monte Suro, Maino Brito, Hugo filius Ansgerii, Rotgerius filius Alberici, Herbertus de Asceio, Herbertus filius ejus, Algerius Scutarius, Rainaldus filius Andreae, Rodulfus medicus, Hugo de Cadurcis, Gaufredus frater ejus, Burchardus de Cadurcis, Richardus nepos Abelini, Wlgrinus nepos episcopi.